Reni principibus consensit, seque dedit Ottonis homagio dignitatem principatuum suorum ab eo solempniter accepit, detestandoque Philippum cum suis electoribus. Sane Philippus patrimonium ~~(patrium)~~ adiens erarium, infinitam militum copiam, partim argento, partim feodis[a] et promissionibus, comparavit: Odackarum etiam ducem Bohemie, pro prestando sibi favore, deinceps regem cum suosque successores cum honorifica transmutatione insignivit,[a] qui etiam cum innumera Bohemorum multitudine in partem Philippi concurrit. Post pluresgwerrasinter eos factas, lantgravius, ne nil ageret, delegatis sibi ab Ottone rege civitatibus acriter imminebat. Nam collectis mille octingentis militibus Northusin obsedit et cepit. Simile[b] circa civitatem Salvelt peregit. Interea Philippus circiter tria millia collegit, divertitque Argentinam; ubi ordinata obsidione,[c] applicatisque murorum tormentis civitatensem[d] ~~civitatibus~~ cum aliis comiticibus et auxiliariis, intra muros vallavit episcopum, qui Philippi electioni[e] acriter obstiterat, et eum nunquam futurum regem publice declamaverat. Propterea comites incendia et depopulationes in predia Philippi eatenus exercuerant,[f] ut, si de amicis et paternis pecuniis sustentamentum non habuissept

a) feodus c.
northusin
a) insigni nit c.
b) Ste
c) obsedicione c.
d) citatensz c.
e) electione c.
f) exercuerat c.